

ab *Eucherio, Isidoro &c.* vel hisce Commentariis relati elaboravere.

II. fol. 133. sequitur prolixa Meditatio in Salutationem angelicam usque ad illa verba: *Sancta Maria Mater Dei &c.* quae in alio Codice hoc Vol. relato inscripta est *Speculum gloriose virginis Marie*, et *Bonaventuram* autorem habet, ut patet Edit. *Opp. Lugd.* 1668. T. VI. p. 428. f. Initium est: *Quoniam ut ait Jeronimus nulli dubium est quin totum ad dei gloriam pertineat, quidquid digne genitrici eius impensum fuerit &c.* Extrema sunt: *Adiuvā nos o dulcissima ut sine fine nobis concedat dulcedine sua frui ille liberalissimus communicator sui benedictus fructus ventris, qui est benedictus &c.* quibus accedit Index rerum alphabeticus.

Praetexta est Codici Membrana germ. qua *Frick Schellang Campidunensis* et *Mark Schellang Memminganus* Civis Fratres et Patroni (*Lebenberren*) Praebendae in Hospitali Memming. (*in der Siechstuben in dem Spital*) obligant *Joh. Mosham* Capellanum ad pendendum censum annuum (*Hauptzins vnd Vellzins, ain pfund baller.*) Data an dem Montag nach dem Sonntag als man Singet Oculi in der vasten. Nach Cristi gepurt vierzebenhundert Jar vnd In dem ain vnd driffzigsten Jare.

*Amen solamen sit sanctus spiritus Amen.*

CXV.

Codex membranaceus lat. Sec. R. 2290 XIV. Folior. 299. f. per duas columnas luculente scriptus, rubricisque enotatus haec praefert in anteriore Theca: *Hunc librum testatus est Monasterio sancte dorothee* (Canon. Reg. Viennae) *dominus Nicolaus plebanus in Veteldarf* (nunc *Hüteldorf* pagus urbi vicinus) *in quo continetur expositio moralis Magistri nicolai de lira super prima parte veteris testamenti, scilicet a pentateuco usque post iob et psalterium Davidis incliti.* Igitur Prologus hoc initio: *Uidi in dextra sedentis super thronum &c.* Ait in eo celebrer hic O. M. Scriptor versus finem: *Postquam autem sacram scripturam cum Dei adiutorio exposui secundum literalem sensum et Deus dedit michi spacium vite, confisus Dei auxilio propono eam iterum exponere secundum sensum mysticum, ubi est mystice exponenda.* Utraque porro Expositio sub Typographiae primordia non semel impressa, conjuncta habetur in *Bibliis Glossatis*, v. g. *Lugduni 1545.* f. Nostra etiam *Moralitatum* titulo fertur. Ita ad calcem: *Explicit prima pars Moralitatum Magistri Nicolay de lira anno domini M° C° C° LXXXIII. feria sexta ante Dominicam Oculi mei semper.* Et paullo ante:

CXVI.

## CXVI.

U. 24

Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 376. f. per duas columnas bene descriptus, et rubricis enotatus in Theca anteriore legit: *Egregius vir sacre theologie ac arcium liberalium doctor olim famosissimus atque ecclesie sancti stephani wien. canonicus predignus magister thomas (Wölfel) de wldersdarff in preclaris suis diebus mortem obiit. et collegio ducali wienne hunc librum testatus est. cuius anima deo feliciter uiuat. Anno 1478. Reſtoratu Academico Vir hic functus est annis 1442. 57. et 63. Est porro Codex hic Pars I. vasti Operis Postillarum in uniuersa Biblia Nicolai de Lira O. M. Normanni, Scriptoris Sec. XIV. editarum non semel sub ipsa artis impressoriae initia cum ferorsim, tum in Bibliis glossatis; continet uero Pentateuchum, Jo-*

*Vinum scriptori tribuatur de meliori.*

*Explicit hoc totum Magister da mihi potum.*

Thecae anticae intus adscriptum: *Hunc librum Magister Lampertus de gelria et petrus de Pulka theologie professores, ac Magistri Johannes de tamms Jacobus werbaridi Theodoricus de hammlburkch Nycolaus de Götesprün Henricus de basellach Johannes de Gmunden Johannes Röchel et Petrus de Pirichenwart pro tunc collegiati collegij ducalis emerunt et pro libraria eiusdem collegij sponte donauerunt tali condicione. Reliqua importune erasa. Ex his Lamper-Denis Codd. Theol. V. II. P. I.*

*sue, Judices et Ruth. Initium est: Hec omnia liber uite. Ecc. 24. secundum quod dicit Beatus Gregorius &c. Nec est, quod addam, nisi, quod ad Geneseos calcem Opus istud a Librario Lectura adpellatur.*

## CXVII.

Codex membraneus lat. Sec. U. 27  
XIV. Folior. 168. f. per duas columnas crassius exaratus et rubricis distinctus complectitur Nicolai de Lira O. M. Postillas in Pentateuchum cum duplici Prologo: *Per (Haec) omnia liber uite &c. et: Vidi in dextra sedentis &c. Deuteronomii Expositio a uerbis in C. XX. et animare populum bonis excitationibus ad secure — — intercidit. Librarium siticulosum fuisse oportet; Exodo enim et Levitico hoc votum subdidit:*

*tus Gelder obiit 1419. Petrus de Pulka alio nomine Zach, Theod. de Hammelburg Rudolphi, Nic. de Gottesbrun Pockinger fuit. Gestab ab iis munia habes in Locheri Speculo Acad. Vien. qui Johannem de Tamms pluries et fortasse reſcius de Tannis compellat.*

## CXVIII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. R. 23  
Folior. 187. f. per duas columnas currente calamo scriptus, rubricis enota-

M

enota-